



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Regale Sacerdotivm

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1615

Cap. 15. Sacerdotes ne sint præuaricatores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54698](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54698)

CAPVT XV.

Sacerdotes ne sint prauaricatores.

Num. 6.

Vetuit olim Deus Sacerdotes vinum, acetum, & quidquid inebriare hominem solet, bibere, *Acetum ex vino & ex quibet potione & quidquid de vna exprimitur non trahent.* Docet mysterium, Sacerdotem Dei nulli admittere delictum oportere, etiam minima, sunt enim acetum & potio animam inebriare nata.

Leuit. 4.

tis adeo esse graue, ac totius populi & reip. ambo enim idem pro delicto suo sacrificium offerrebant, *Si Sacerdos qui unctus est peccauerit delinquere faciens populum.* Vnde eruo Sacerdotem & Religiosum ab omni liberum esse peccato debere. Illorum enim peccata omnibus totius reip. peccatis æquipollent, & Sacerdos vitam improbam instituens tam grauius Deum offendit, quàm resp. quædam & communitas peccatum admittens.

Matth. 5.

In Euangelio Dominus ait, *Nisi iustitia vestra abundauerit plusquam scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum celorum.* Apostolos eorumque successores Sacerdotes monitos volebat, ab omni illos peccato exemptos esse debere, perfectioni studere, virtutum exercitio incumbere, & ceteros meritis præcellere.

Sacerdos sal mundi.

Si sal euauerit, ait eodem loco, in quo salietur. Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras & conculcetur ab hominibus. Tum verò sal euanescit, cum Sacerdotes peccatum committunt, & tum ad nihilum valent ultra, nisi ut extra Ecclesiam

clesiam eiiciantur, & omnium pedibus prote-
rantur, omnibus denique ludibrio sint. Quare
omni culpa vacent oportet & corruptione,
cum sal sint mundi.

2. Cor. 6.

*Nemini dantes vllam offensionem, vt non vitu-
peretur ministerium nostrum, ait Apostolus. Tunc
Sacerdos nemini vllam dat offensionem, cum
sine peccato viuit, sola enim virtus Sacerdoti-
um laudabile reddit; & peccatum, contemp-
tibile.*

*Non mediocris, inquit Ambrosius, virtus Sa Lib. 10. Ep.
cerdotalis est: cui cauendum non solum, ne grauiori- 82.
bus vitijs sit affinis, sed ne minimis quidem. Dice-
re vult, paucis vt complectar, Sacerdotem & re-
ligiosum omnia omnino peccata vitare debe-
re, & vitam penitus innocentem traducere.*

Seff 22. c. 1.
de reform.

Quare etiam bene consulit Concilium Tri-
dentinum, *Leuia delicta quæ in Sacerdotibus ma-
xima essent, effugiant Sacerdotes, vt eorum actiones
cunctis afferant venerationem, &c.* Spiritus san-
ctus Concilio huic præsidens hic innuere vole-
bat, Sacerdotes ab omni esse mundos peccato
debere; quæ enim in alijs leuia & parui esse mo-
menti videntur, in vita Religiosa & Ecclesiasti-
ca magna sunt & enormia: cum verò sine pecca-
to fuerint, ab omnibus coluntur, & honoran-
tur, at cum vitiosi & sceleribus se contaminant,
omnium fannis excipiuntur & contempnuntur.

Idem quoque Bernardus ait, *Mens Deu dicata, De ord. vit.
sic caueat minora vitia vt maiora; quia à minimis
incipiunt, qui in maiora corruunt* Cum verò, Deus
meus, ad Sacerdotium vocaueris, præsta vt ma-
iora non minus, quàm minora euitem, peccata
enim minora, & riuuli exigui maiorum deli-
ctorum origo sunt & torrentium iniquitatis
scaturigo

Quod

Homil. 3. in epist. 1. ad Cor. & serm. de lenium peccat. periculis. Quod etiam similitudine ponit Chry-
 stomus, *Vestis qua scindi cœperit, neglecta tota di-
 scinditur, & tectum paucarum regularum casu cœ-
 tempto totam domum diruit.* qua comparatione
 ostendere vult, non esse leuia & minora negli-
 gēda, ne in maiora procidamus, atque ipse hinc
 efficio, Sacerdotem & clericum minima etiam
 delicta, & commissa fugere oportere; sepe enim
 neglectum paruum, extremorum & maximo-
 rum est causa, & è paruis initiis grauisima saepe
 nasci mala solent.

Lib. 2. de sum. bono. c. 23.

Parua ad maiora nos deducunt.

Isidorus etiam huc respicit dicens, *Dum facta
 quedam non graua liberè & sine metu committi-
 mus, ad peiora scelera & horrenda peccati consue-
 tudine labimur.* Egregia hæc verba proposito ad-
 aptans, assero, Sacerdotibus omne esse pecca-
 tum fugiendum, parua enim contemneres ad
 maiora paulatim deueniunt, quique exiguum
 committere non veretur, paulatim assuetus
 in maiora præceptus ruet.

In norma viuendi. c. 6.

Idem quoque benè beateque viuendi regu-
 lam præscribens, dixit, eum qui verba non mo-
 deratur, ad vitia sensim descendere, quique exi-
 guas tentationes non repellit ac cohibet, gra-
 uiori conflictui parare viam; minores namque
 culpæ maiorem generant; particulatim crescunt
 vitia, & dum parua non cauemus, in magna
 prolabimur, & quæ prius vincere poteramus,
 postea superare non possumus. verba egregia,
 atque succinctè demonstrant Sacerdotibus &
 Religiosis omne iniquitatum & flagitiorū ge-
 nus maximè minimorum, fugere debere; à mi-
 nimis enim ad maiora deuenimus, paruaq; ne-
 glecta ad grauiora & enormiora viam paula-
 tim sternunt.

Nolite,

Nolite, ait Augustinus, contemnere venialia, quia minima sunt, at timete potius, quod superent numero: saepe enim minima animalcula quia numerosa, damnum adferunt. nunquid non minutissima sunt grana arena? sed si arena multum in nauem mittatur, mergit illam. Sacerdotes haec memoria inculcant, & quam possunt a venialibus abstineant; quamuis enim parua sint, tamen iterata frequentius, maximum damnum adferunt, & animas submergunt.

Idem quoque alio loco ait, quod quemadmodum guttis pluuiialibus torrentes intumescunt, & ipsae flumina etiam magna constituunt, quae domos euertunt, & solo omnia equant, ita quoque peccata venialia & leuia, maiorum criminum sunt causa, quae generali quadam diluuiione domum Dei, id est Ecclesiam deiiciunt, & animabus fidelium perniciem adferunt. Egregia comparatio Sacerdotes, qua docemini, peccata venialia etiam minima fugere, quoniam guttae sunt, quae sensim crescentes, torrentes quosdam constituunt, quae diluuium quoddam rabidum & vniuersale causantur.

Idem propemodum Isidorus Hispalensis ait, Non solum, inquit, grana, sed & leuia lugenda sunt peccata, multa enim leuia vnum grande efficiunt, & gutta torrentem. Docere & hic voluit Sacerdotes, vnum vt peccatum veniale non secus deplorent & lugeant, quam enorme, quod fomes & incentiuum sit maximorum.

Si peccando tibi ipsi adularis, inquit Augustinus, & dicis, paruum est peccatum meum, quod & sanctissimi quoque vix fugere possent, ac sine quibus vix haec vita traducitur, Congere

Lib. de decem
cord. c. 11.
Sacerdos
peccata etiam fugiat
at venialia.

De decem
cord. c. 11.
tract. 12. in
Ioan.
Peccata
venialia
guttis comparantur
quae torrentes constitunt.

Lib. 2. de
sum. bon. c.
18.

gere minuta, & facient vnum aceruum, nam & grana minuta sunt, & tamen massam faciunt. Minima igitur peccata ne negligatis Sacerdotes, nam iterata & frequentata, massam constituunt, quæ vos perdat, destruat, & animam ad obitum Sanctè igitur vita & penitus mundè tradenda est.

*Lib. 6. de
Sacerd.*

Ante Prophetarum tempora ostendere volens Deus, peccata grauiora esse, & maioribus digna suppliciis, quæ Sacerdotes committerent, quam quæ alijs; mandat vt tantumdem pro Sacerdotibus, quantum pro vniuerso populo sacrificium offeratur. Quod euidentius est argumentum, Sacerdotes penitus sanctos esse debere quòd dùm peccant, peccata eorum grauiora sunt, & ceterorum hominum delictis præponderent, non quòd naturam grauiora sint, sed propter Sacerdotis qui commisit dignitatem & statum.

*25. quæst. 2.
c. Nulli.*

Dixit etiam Papa Hilarius, Reatu maiore delinquit, qui potiore honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccatorum, sublimitas peccantium. Dicere volebat, Sacerdotes & Religiosos, quo honore, dignitate & magnitudine magis cæteris præstant, eò etiam peccare grauius, eorumque delicta enormiora: peccati enim grauitas ad peccantis dignitatem commensuratur.

*Lib. 2. de
considerat.*

Inter seculares, ait Bernardus, nugæ, nugæ sunt, in ore Sacerdotum blasphemia. Sacerdotes docet peccare grauius, quam seculares, qui quod in seculari non nisi veniale est, in illis mortale est & letale.

Ep. 11. comment.

Sacerdotes, ait Pius Papa II. quorum vita relut speculum inferioribus est, non solum à malis operibus abstinere, sed omnia declinare conuenit, quoquo modo, præ se speciem mali ferunt. Beatus ille

ille Religiosus, hoc modo qui vitam instituit
 quique sibi proponit, multa esse licita secula-
 ribus, quæ Ecclesiasticos fugere par sit, quodque
 exiguum & parum in laico videtur, in statu Ec-
 clesiastico grauissimum & singulare esse.

Tanto, inquit Isidorus, *maius cognoscitur esse* *Lib. 2. de*
peccatum, quanto qui peccat maior habetur: ad *de summo*
merita enim & statum peccantis vitium com- *bono. c. 18.*
menforatur; & sæpè quod paruis facilè dimitti-
tur, in magnis acerrimè vindicatur & castiga-
tur. Hæc cogitate Religiosi & Sacerdotes, omnia
vitiorum genera relinquite, virtuti incumbite,
honor vestro consulite, sanctæque viuite, & co-
gitate vestra delicta grauiora esse quàm aliorum,
maiusque promereri supplicium; quod enim in
secularibus non nisi simpliciter peccatum est,
maximum in vobis sacrilegium dici potest.

CAPVT XVI.

De proborum & improborum Sacerdotum morte.

DE Iustorum morte & fine loquens Psal-
 tes, ait eam in oculis Domini pretiosam
 videri. *Pretiosa in conspectu Domini mors*
Sanctorum eius. Hæc de morte honorum Sacer- *Psal. 118.*
 dotum cecinit vates, qui cum Sanctorum & iu- *Mors iu-*
 storum instar vixerint, dum Deo præsentabun- *storum pre-*
 tur, & hoc mundo egrediètur, benignè ab eodè *tiosa coram*
 recipiètur, & æterna beatitudine donabuntur. *Deo.*

Dicere solebat Sapiens, *Timenti Dominum*
bene erit in extremis, & in diebus consummationis *Eccles. 1.*
illius benedicetur. De Sacerdotibus hoc sine du-
 bio prædixit, ac volebat ostendere, eos qui ve-
 iusti viuunt, & Deum timent in hac vita, tan-
 dem benè habituros, & benedictionem illis cir-
 ca vitæ finem referuari.

Gg

A facie